

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Deka

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Oratio V.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

τῷ θεῷ νοήσεως. Ἦν μὲν ἔν ἴσως μά-
 ταιον, εἰ διδασκαλίας χάριν ἐποιέμην
 τὰς λόγους" αὐτῷ μετ' ἐκείνων τι συγ-
 γράφειν. ἐπεὶ δὲ ὕμνον ἐθέλων διελ-
 θεῖν τῷ θεῷ χαριστήριον, ἐν τῷ τῷ
 πάνυ ὑπελάμβανον τὴν περὶ τῆς ἑσίας
 αὐτῷ φράσαι κατὰ δύναμιν τὴν ἐμήν
 ἔματῆν οἶμαι πεποιῆσθαι τὰς λόγους
 τὰς δὲ τὸ

*Opera et dicitur Hesiod.
 lib. i. v.
 334.*

Καθ' ἡμάμιν δ' ἔρδειν ἱερὰ ἀθανά-
 τοισι θεοῖσιν,

ὅσα ἐπὶ τῶν θυσιῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ
 τῶν εὐφημιῶν τῶν εἰς τὰς θεὰς ἀπο-
 δεχόμενα. Εὐχομαι τὸ τρίτον ἀντὶ
 τῆς προθυμίας μοι ταύτης εὐμενῆ γε-
 νέσθαι τὸν βασιλέα τῶν ὅλων Ἥλιον καὶ
 δεῖναι βίον ἀγαθὸν, καὶ τελειότεραν φρό-
 νησιν, καὶ θεῖον νῆν, ἀπαλλαγὴν τε τῆς
 εἰμαρμένης ἐκ τῆς βίης πραοτάτην, ἐν
 καιρῷ τῷ προσηκόντι ἀνοδὸν τε ἐπ'
 αὐτὸν μετὰ τῷ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ,
 μάλιστα μὲν αἰδίων· εἰ δὲ τῷ μείζον ἐπὶ
 τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων, πολλὰς πάνυ
 καὶ πολυετεῖς περιόδους.

Ac si docendi causa scribere ista voluissem,
 vanus hic esset forsitan noster iis de rebus
 scribendi post illum labor. Sed cum nihil
 aliud quærens, nisi ut hymno aliquo grati-
 as illi Deo persolverem, hoc mihi operæ-
 pretium duxerim, si pro meis viribus de e-
 jus substantia disputarem; equidem non
 frustra me videor ad hæc tractanda contu-
 lisse. Hoc enim quod dicitur,

*Sacra Deis, quantum potis es, celebrare
 memento:*

non in sacrificiis tantum, sed in Deorum
 quoque laudibus valere iudico. Quam-
 obrem tertio jam istud ab universorum
 rege Sole postulo, ut pro mea erga se vo-
 luntate benignus ac propitius esse velit;
 tum mihi ut ista largiatur: vitam bonam,
 perfectiorem prudentiam, divinam men-
 tem, fatalem ex hac vita discessum congruo
 tempore quam mitissimum: quo perfun-
 ctus ad ipsum evolem, cum eoque perpe-
 tuo, si fieri potest, maneam; sin id majus
 est, quam pro vitæ antea merito, plures
 mihi saltem ac longissimi annorum circui-
 tus contingant.



ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
 ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
 ΕΙΣ ΤΗΝ ΜΗΤΕΡΑ ΤΩΝ ΘΕΩΝ.
 JULIANI IMP.
 IN
 MATREM DEORVM.

ΛΟΓΟΣ Ε.

ORATIO V.

ΑΡΑ γε χρὴ φάσαι καὶ
 ὑπὲρ τῶν; καὶ ὑπὲρ
 τῶν ἀρρήτων γράψομεν,
 καὶ τὰ ἀνέξοισα, καὶ τὰ
 ἀνεκλάλητα ἐκλαλήσομεν; τίς μὲν ὁ

ΕΤΙΑΜΝΕ nos istiusmodi de
 rebus verba faciemus? etiam
 illa, quæ nefas est eloqui,
 scriptis mandabimus? quæque
 palam efferri & enunciarī non licet, ora-
 tione

tionem prosequemur? Nimirum quis Attis, sive Gallus, fuerit; quæ Deorum mater; quis illius castimoniam ritus; tum cuius rei gratia nobis initio proditus sit: cum & ab antiquissimis Phrygibus traditus, & a Græcis primum esset acceptus, non quibuscumque, sed Atheniensibus, postquam experti re ipsa sunt, non melius fuisse sibi, quod Matris Orgia celebrantem procacius irrissent. Ferunt enim Gallum ab iis, tanquam novas superstitiones invehentem, contumeliose esse tractatum, & ejectum; nondum videlicet intelligentibus quid illud tandem numinis esset, utque nihil ab illa differret, quæ sive Deo, sive Rhea, sive Ceres ibidem appellata colitur. Exinde ultrix ira Dei, & iræ piacula consecuta. Nam quæ Græcis ad egregia quæque & honesta facinora dux & autor esse solebat, Pythii Apollinis interpres, Matris Deum iracundiam placare iussit. Atque ex illa, uti narrant, occasione Metroum, id est templum Matris, est extructum, ubi Athenienses publicas omnes tabulas asservabant. Post Græcos vero eadem & Romani sacra susceperunt, perinde Pythii Apollinis hortatu; qui ut sociam & adjutricem e Phrygia Deam Punico illo bello sibi compararent, autor extitit. Libet vero rei, ut tum est gesta, narrationem paululum hic inferere. Etenim simulatque oraculum accepere Romani, religiosæ in primis civitatis incolæ, missis ad Pergami reges legatis, qui tunc in Phrygia regnabant, ab iis, & ab ipsis una Phrygibus, sanctissimum Divæ simulacrum postulant. Quod ubi impetra-

A Ἄττις ἦτοι Γάλλος· τίς δὲ ἡ τῶν θεῶν μήτηρ· καὶ ὁ τῆς ἀγνείας ταυτησὶ τρόπος ὁποῖος· καὶ προσέτι τῆ χάρις ἐτώσι τοῖστος ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς κατεδείχθη, παραδοθεὶς μὲν ὑπὸ τῶ ἀρχαιοτάτων Φρυγῶν· παραδεχθεὶς δὲ πρῶτον ὑπὸ Ἑλλήνων, καὶ τῶν ἑτυχόντων, ἀλλ' Ἀθηναίων ἔργοις διδαχθέντων ὅτι μὴ καλῶς ἐτώθασαν ἐπὶ τῷ τελῶνι τὰ ὄργια τῆς Μητρὸς· λέγονται γὰρ ἔτοι περὶ βεῖσαι καὶ ἀπελάσαι τὸν Γάλλον, ὡς τὰ θεῖα καινολομεῖν· ἔξυνέλτες ὁποῖόν τι τῆς θεῆς τὸ χρεῖμα, καὶ ὡς ἡ παρ' αὐτοῖς τιμωμένη Διὸς, καὶ Ρέα, καὶ Δημήτηρ. εἶτα μῆνις τὸ ἐνλεύθεν τῆς θεῆς, καὶ θεραπεία τῆς μήιδος· Ἡ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἡγεμῶν γενομένη τοῖς Ἑλλησι, ἡ τῆς Πυθίης πρῶμαντις θεῆς, τῆς μητρὸς τῶν θεῶν μῆνιν ἐκέλευσεν ἰλάσκεισθαι· καὶ ἀνέστη, Φασί, ἐπὶ τῶν τῶν Μητρώων, ἔτοι τοῖς Ἀθηναίοις δημοσίᾳ πάντα ἐφυλάττετο τὰ γραμματεῖα. Μετὰ δὲ τῆς Ἑλλάδος αὐτὰ Ῥωμαῖοι παρεδέξαντο, συμβαλεύσαντος καὶ αὐτοῖς τῆς Πυθίης, ἐπὶ τὸν πρὸς Καρχηδονίους πόλεμον ἄγειν ἐκ Φρυγίας τὴν θεὸν σύμμαχον. Καὶ ἔδεν ἴσως καλῶς προσθεῖναι μικρὸν ἰσορίαν ἐνλαῦθα· μαθόντες γὰρ τὸ χρεῖμα, ἐλλοσσιν οἱ τῆς θεοφιλέως οἰκίτορες Ῥώμης προσθεῖαν αἰτήσασθαι παρὰ τῆς Περγᾶμος βασιλέων, οἱ τότε ἐκράτην τῆς Φρυγίας, καὶ παρ' αὐτῶν δὲ τῶν Φρυγῶν, τῆς θεῆς τὸ ἀγιώτατον ἄγαλμα. Λαβόντες δὲ ἤγον τὸν ἱερὸν Φορῖον, ἐνθέντες εὐρέϊα Φορλίδι· πλεῖν εὐπέλως δυναμένη τὰ τοσαῦτα πελάγη. Περαιωθεῖσα δὲ Ἀἰγαίον τε καὶ Ἰώνιον, εἶτα περιπλεύσασα Σικελίαν τε, καὶ τὸ Τυρσηνὸν πέλαγος, ἐπὶ τὰς ἐμβολὰς τῆς Τύβειδος κατήγετο· καὶ δῆμος ἐξεχέετο τῆς πόλεως σὺν τῇ γερασίᾳ ὑπήντων γε μῆνι πρὸ τῶν ἄλλων ἱερεῖς τε, καὶ ἱερεῖαι πᾶσαι, καὶ πάντες ἐν κόσμῳ τῶν πρέποντι κατὰ τὰ πάτρια, μελέωροι πρὸς τὴν ναῦν ἐξιοδρομῆσαν

μεταναποβλέποντες ἢ περὶ τὴν τρο-
 πὴν ἀπεσκόπεν τὸ ῥόδιον σχιζομένων
 τῶν κυμάτων. εἶτα εἰσπλέεσαν ἐδε-
 ξινλο τὴν ναῦν προσκυῶντες ἕκαστος
 ὡς ἔτυ-
 χε
 ὡς περ ἐνδείξαται τῷ Ῥωμαίων ἐθέ-
 λουσα δήμῳ, ὅτι μὴ ξόανον ἀγασιν ἀ-
 πὸ τῆς Φρυγίας ἀψυχον ἔχει δὲ ἄρα
 δῶα μὴν τινα μείζω, ἢ Φειδέραν, ὃ δὴ
 παρὰ τῷ Φρυγῶν λαβόντες ἔφερον. ἐπει-
 δὴ τῷ Τύβειδος ἠψαλο, τὴν ναῦν ἴησι,
 ὡς περ ῥιζωθεῖσαν ἐξαίφνης κατὰ τῷ
 Τύβειδος. εἰλικον δὴ ἐν πρὸς ἀνλίον τὸν
 ῥῆν. ἢ δὲ ἔχ ἔπειλο. βραχέσι δ' ἐντελυ-
 χηκότες, ὠθεῖν ἐπειρῶντο τὴν ναῦν ἢ δὲ
 ἐκ εἶκον ὠθεῖντων· πᾶσα δὲ μηχανὴ
 προσήγετο τὸ ἐντεῦθεν. ἢ δὲ ἔχ ἠτλον
 ἀμελακίνητος ἦν. ὡς τε ἐμπίπτε κατὰ τῆς
 ἱερωμένης τὴν παναγεσάτην ἱερωσύνην
 παρθένου, δεινὴ ἢ ἀδικῶ ὑποψία· καὶ
 τὴν Κλωδίαν ἠτιῶντο τῷτο ᾧ ὄνομα ἦν
 τῇ σεμνῇ παρθένῳ· μὴ παλάπασιν ἀ-
 χρανον, μηδὲ καθαράν Φυλάττειν ἐ-
 αὐτήν, τῇ Θεῷ ὀργίζεσθαι οὖν ἀ-
 τὴν καὶ μηνίειν ἐμφανῶς. ἐδόκη δ' ἤδη
 τοῖς πᾶσιν εἶναι τὸ χεῖμα δαιμονιώτε-
 ρον. ἢ δὲ τὸ μὲν πρῶτον αἰδῆς ὑπεπίμ-
 πλαλο, πρὸς τε τὸ ὄνομα, ἢ τὴν ὑποψί-
 αν. ἔτω πᾶν πόρρω ἐτύγχανε τ' αἰ-
 σχρᾶς ἢ παρανόμου πράξεως. ἐπεὶ δ'
 ἐώρα τὴν αἰτίαν ἤδη καθ' ἑαυτῆς ἐξι-
 σχύεσαν, περιελῆσα τὴν ζώνην, ἢ πε-
 ριθεῖσα τ' νεῶς τοῖς ἄκροις, ὡς περ ἐξ
 ἐπιπνοίας τινὸς ἀποχωρεῖν ἐκέλευεν
 ἀπαντας. εἶτα ἐδεῖτο τ' Θεῷ μὴ περι-
 δεῖν αὐτὴν ἀδίκους ἐνεχομένην βλα-
 σφημίαις. βοῶσα δὲ ὡς πέρ τι κέ-
 λευσμα, Φασὶ ναυλικόν· Δέσποια Μη-
 τερ, εἶπερ εἰμι σῶφρων, ἔπε μοι, ἔφη.
 καὶ δὴ τὴν ναῦν ἐκ ἐκίνησε μόνον, ἀλλὰ
 καὶ εἰλκυσεν ἐπὶ πολὺ πρὸς τ' ῥῆν. Καὶ
 δύο ταῦτα Ῥωμαίοις ἐδείξεν ἢ Θεός, οἴ-
 μαι, κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὡς ἐδὲ μι-
 κρῆ τινος τίμιον ἀπὸ τῷ Φρυγίας ἐπήγον
 τὸν Φόρλον, ἀλλὰ τ' παντὸς ἄξιον ἐδὲ ὡς

γρ. τῆς
 ἀκρας

A secundo cursu allabentem defixis, illifos
 ad carinam fluctus ac dissipatos e litore
 prospiciebant: Mox ad portum appellen-
 tem, ut quisque in spectaculum intentus
 astabat, eminus adorantes excipiunt. At
 illa, tanquam Romanis ostenderet, non
 ipsos expers animæ simulacrum e Phrygia
 transvexisse, sed majore quadam ac di-
 viniore vi præditum id esse, quod a Phry-
 gibus acceperant; statim atque Tybrim at-
 tigit, navim sistit, & quibusdam velut ra-
 dicibus in flumine defigit. Romanis igitur
 adverso amne trahentibus; illa non ob-
 sequebatur. Quam cum ideo impactam
 in brevia rati, propellere ac moliri niteren-
 tur, nihilo magis illa cedebat. Omnibus
 deinde machinis admotis, perinde immo-
 bilis hærebat. Ex quo contra Virginem,
 quæ sanctissimo sacerdotio fungebatur,
 gravis oritur & iniqua suspicio: & Clodiam
 (hoc enim Vestali nomen erat) crimina-
 bantur, quod se Divæ non omnino castam
 C inviolatamque servasset: hinc illam mani-
 festis indiciis iram suam ostendere. Jam
 enim universi divinius inesse quiddam in
 ea re sentiebant. Ad hanc vocem suspi-
 cionemque Virgo primum verecundia per-
 fusa est: adeo ab turpi sceleratoque flagi-
 tio procul aberat. Posteaquam vero con-
 tra se firmari criminis illius invidiam ani-
 madvertit; detractam sibi zonam ad extre-
 mam navim religat: tum velut afflatu quo-
 dam Numinis percita, faceffere jubet om-
 D nes. Deam exinde precatur, ne se falsis
 & iniquis calumniis circumveniri patiatur.
 Mox tanquam celestima quoddam, ut a-
 junt, nauticum cum clamore personans:
 Domina mater, inquit, si quidem casta
 sum, sequere me. His dictis, non solum
 navem molitur, sed longo etiam spatio per
 fluvium attrahit. Hæc ergo duo Romanis
 illo die Diva significavit: alterum, non par-
 vi pretii sed longe maximi mercem ipsos e
 Phrygia transvexisse: hoc est, non huma-
 num ali-

num aliquid, sed divinum: non inanimam
 terræ particulam, sed spirans aliquid ac
 cœleste: hoc illis primum Dea monstravit;
 alterum, civium neminem, seu bonus seu
 malus esset, latere se posse. Sub hæc Ro-
 mani finem belli Carthaginensis victoriam
 habuerunt: adeo ut tertium de solis Car-
 thaginis mœnibus susceptum fuerit. Quæ
 igitur ad historiam illam attinent, etsi non-
 nullis *haud* plausibilis videatur, neque Phi-
 losopho vel Theologo convenire, nihilo-
 minus referenda fuerunt. Hæc enim cum
 ab Historicis plerisque, tum eorum adhuc
 Romæ, præstantissima Deoque carissima
 in urbe, monumentum extat æreis simula-
 cris expressum. Quanquam scio, nonnul-
 los ex iis, qui nimis sunt sapientes, hæc
 tanquam anicularum intolerabiles nugæ
 nihili esse facturos. Mihi vero civitatibus
 ipsis major, iis in rebus habenda fides vide-
 tur, quam scitis & elegantibus istis, quo-
 rum animula acri quidem indole prædita
 est, sed nihil sani contueri potest.

De iis autem, quæ per illud tempus, quo
 in casto fui, dicenda mihi videbantur, au-
 dio sane quædam philosophatum esse Por-
 phyrum; sed cujusmodi sint nescio, neque
 hæctenus legi, sicubi forte contigerit ut in
 eadem sermo noster incurreret. Ego vero
 Gallum illum & Attin ex ingenio meo na-
 turam illam genitalis & opificis esse men-
 tis interpretor, quæ ad infimam usque ma-
 teriam universa progignit; quæ quidem
 concretarum cum materia formarum rati-
 ones omnes in sese causasque continet.
 Non enim omnium in omnibus insunt spe-
 cies; puta in primis ac supremis principiis,
 extremarum infimarumque rerum; secun-
 dum quas nihil amplius restat, præter no-
 men ipsum privationis, cum tenui quadam
 & obscura notione. Quamobrem cum na-
 turæ sint opificesque complures; ejus, qui
 tertium locum obtinet, opificis, qui for-
 marum cum materia concretarum secretas
 atque eximias rationes continuatasque cau-
 sas complectitur, extrema omnium natura,
 quæque ad terram usque, genitalis cujusdam

A ανθρώπινον τῆτον, ἀλλὰ ὄντως θεῖον
 εἰδὲ ἀψυχον γῆν, ἀλλὰ ἐμπνευ τι χρεῖ-
 μα, ἢ δαιμόνιον. ἐν μὲν δὴ τοῖς τὸν εἰδει-
 ξεν αὐτοῖς ἢ θεός. ἕτερον δὲ, ὡς τὸ πολι-
 τῶν εἰς λάθοι ἀν ἀπὸ τὴν χρηστὸς, ἢ
 Φαῦλος ὢν. Κατωρθώθη μὲν τοι καὶ ὁ
 πόλεμος αὐτίκα Ῥωμαίοις πρὸς Καρ-
 χηδόνους ὥστε τὸ τρίτον ὑπὲρ τῶν τει-
 χῶν αὐτῆς μόνον Καρχηδόνοσ γενέσθαι.

Τὰ μὲν ἐν τῇ ἰστορίας, εἰ καὶ τισὶ πῖθα-
 να δόξῃ, ἢ φιλοσόφῳ προσήκειν εἰδέν,
 B εἰδὲ θεολόγῳ λεγέσθαι μὴ μείον, κοινῇ
 μὲν ὑπὸ πλείων ἰστοριογράφων ἀνα-
 γραφόμενα, σωζόμενα ἢ ἢ ἐπὶ χαλ-
 κῶν εἰκόνων ἐν τῇ κρᾶσι, ἢ θεοφιλεῖ
 Ῥώμῃ. Καὶ τοι με εἰ λέληθεν ὅτι Φή-
 σσιν αὐτὰ τινες τὴν λῖαν σοφῶν ὑθλῆς
 εἶναι γραϊδίων ἐκ ἀνεκτῆς. ἐμοὶ δὲ δο-
 κεῖ ταῖς πόλεσι πισεύειν μᾶλλον τὰ
 τοιαῦτα, ἢ τῶν τοῖς κομψοῖς, ἢ τὸ
 ψυχάριον δειμῦ μὲν, ὑγιῆς δὲ εἰδὲ ἐν
 βλέπῃ.

Ἐπεὶ δὲ εἰπεῖν ἐπὶ ἠθέ μοι παρ
 C αὐτὸν ἀρῖ τὸν τὸ ἀγιστείας καιρὸν ἀκῶ
 μὲν ἐγωγε, ἢ Πορφύριῳ τινὰ πεφιλο-
 σοφῆσθαι περὶ αὐτῶν εἰ μὴν οἶδά γε,
 εἰδὲ ἐνέτυχον, εἰ καὶ σιωπευε χθῆναί που
 συμβαίη τῷ λόγῳ. Τὸν Γάλλον δὲ ἐγὼ
 τῶν ἰστων, καὶ τὸ Ἄττιν, αὐτὸς οἰκοθεν ἐπινοῶ
 τῶ γονίμῃ ἢ δημιουργικῆ νῆ τὴν ἀχρε
 τῆς ἐσχάτης ὑλῆς ἀπαντα γεννώσαν
 εἰς ἰαν εἶναι, ἔχουσάν τε ἐν ἐαυτῇ πάντας
 τῆς λόγῃς, καὶ τὰς αἰτίας τῶ ἐνύλων
 εἰδῶν. Οὐ γὰρ δὴ πάντων ἐν πᾶσι τὰ εἰ-
 δη εἶτε ἐν τοῖς ἀνωτάτω, καὶ πρώτοις
 D αἰτίαις, τὰ τῶ ἐσχάτων, καὶ τελευταίων
 μεθ' ἃ εἰδὲν ἐσιν, ἢ τὸ τὸ σερῆσεως ὄνομα
 μετὰ ἀμυδρᾶς ἐπινοίας. εἰσῶν δὲ πολ-
 λῶν εἰσῶν, ἢ πολλῶν πάνυ δημιουργῶν
 τῶ τῶν δημιουργῶ, ὡς τῶ ἐνύλων εἰδῶν
 τῆς λόγῃς ἐξηρημένῃς ἔχῃ, καὶ συνε-
 χεῖς τὰς αἰτίας ἢ τελευταία ἢ μέχε
 γῆς, ὑπὸ περιστάσι τῶ γονίμῃ, διὰ τῆς
 X ἀνωθεν

ἄνωθεν παρὰ τῶν ἄσρων καθήκοντα φύσις, ὁ ζήμιενός ἐστιν Ἄττις. Ἴσως δὲ ὑπὲρ ἧ λέγω, χρηὶ διαλαβεῖν σαφέστερον. εἶναι τι λέγομεν ὕλην, ἀλλὰ καὶ ἔνυλον εἶδος. ἀλλὰ τῶν εἰ μὴ τις αἰτία πρότετακται, λαμβάνοιμεν ἂν ἑαυτὸς εἰσαγόνοις τὴν Ἐπιχέρειον δόξαν. ἀρχαῖν γὰρ δυοῖν εἰ μηδὲν ἐστὶ πρεσβύτερον, αὐτόμαλός τις αὐτὰ Φοῖα, καὶ τύχη συνεκλήρωσεν. Ἄλλ' ὀρώμεν (Φησὶ Περιπατητικὸς τις ἀγχίνος, ὡσπερ ὁ Ξενάρχος) τῶν αἰτίων ὃν τὸ πέμπτον, καὶ κυκλικὸν σῶμα. γελοῖον δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ὑπὲρ τῶν ζῴων τι, καὶ πολυπραγμονῶν ὁμοίως δὲ καὶ Θεόφραστος ἠγνόησε γένεσιν τὴν ἑαυτοῦ Φωνήν. ὡσπερ γὰρ εἰς τὴν ἀσώματον ἐσίαν ἐλθὼν καὶ νοήσιν, ἔση μὴ πολυπραγμονῶν τὴν αἰτίαν ἀλλὰ Φὰς ἔτα ταῦτα πεφυκέναι. χρηὶ δὲ δήπεθεν καὶ ἐπὶ τῷ πέμπτῳ σῶματι τὸ πεφυκέναι ταύτη λαμβάνουσα, μηκέτι ζῴων τὰς αἰτίας, ἴσαοθαι δὲ ἐπὶ αὐτῶν, καὶ μὴ πρὸς τὸ νοήσιν ἐκπίπτειν. ὃν μὲν ἔθεν φύσιν καθ' ἑαυτοῦ. ἔχον δὲ ἄλλως κενὴν ὑπόνοιαν. Τοιαῦτα γὰρ ἐγὼ μνηματῶς Ξενάρχου λέγοντος ἀκηκοῶς. εἰ μὲν ἔν ὀρθῶς, ἢ μὴ ταῦτα ἐκείνῳ ἔφη, τοῖς ἀγὰν ἐφείδω Περιπατητικοῖς ὀνουχίζειν. ὅτι δὲ ἔπροσηνῶς ἐμοὶ παντὶ περὶ δῆλον ὅπερ γε καὶ τὰς Ἀριστοτελικὰς ὑποθέσεις ἐνδεεσέρως ἔχειν ὑπολαμβάνω, εἰ μὴ τις αὐτὰς ἐς ταῦτ' ὁ τοῖς Πλάτωνος ἀγοί. μᾶλλον δὲ καὶ ταῦτα ταῖς ἐκ Θεῶν δεδομέναις προφητείαις. Ἐκεῖνο δὲ ἴσως ἀξίον πυθέσθαι πῶς τὸ κυκλικὸν σῶμα δύναται τὰς ἀσωμάτους ἔχειν αἰτίας τῶν ἐνύλων εἰδῶν. ὅτι μὲν γὰρ δίχα τῶν ὑποστῆναι τὴν γένεσιν ἔκ ἐνδέχεται, πρόδηλον ἐστὶ περὶ καὶ σαφές. τῶς χάριν γὰρ ἐστὶ τοσαῦτα τὰ γιγνόμενα; πόθεν δὲ ἄρρεν καὶ θῆλυ; πόθεν ἢ ἢ κατὰ γένεσιν τῶν ὄντων ἐν ὀρισμένοις εἶδεσι

A vigoris abundantia, per superiorem a sideribus delapsa permeat, Attis est ille, quem quarimus. Verum clarius exprimendum est fortasse quod dico. Igitur materiam esse aliquid asserimus, nec non conjunctam cum materia formam. Verum nisi ambobus istis causa sit alia constituta prior, imprudentes nos ad Epicuri dogma delabi sentiemus. Nam si duobus principiis nihil sit antiquius, temerario ac fortuito hæc impulsu regi necesse est. Videmus autem (ait solers quidam Peripateticus, cujusmodi est Xenarchus) istorum omnium principium, esse quintum corpus, ac sphericum. Nam Aristoteles sane ridicule supra hæc inquisivit, curiosaque perscrutatus est. Nec minus ridiculus Theophrastus, qui etiam suæ ipse vocis ignarus est. Perinde enim ac si ad expertem corporis intelligibilemque naturam pervenisset, ibi consistit, neque causam ulterius explorat, sed id solum dicit: ita natura hæc esse comparata. Oportebat autem & in quinto corpore idem istud assummentem, ita natura esse comparatum, nullas amplius causas exquirere, sed in illis hære, neque ad intelligibile aliquid longius progredi; quod ut natura ac per sese nihil est, sic inanem & cui solidi nihil revera subest notionem continet. Ejusmodi enim quædam disputantem Xenarchum audire memini. Quæ utrum recte an secus ille dixerit, summis illis Peripateticis excutendum relinquo. Quod autem non satis hæc ad animum meum mentemque faciant, quivis ex eo potest cognoscere, quod universe Aristotelica ipsa decreta, non omni ex parte absoluta esse judico, nisi cum Platonice illa jungantur; imo vero nisi utraque divinitus editis oraculis accedant. Illud vero fortasse percontatione dignum est; quomodo corpus orbiculatum conjunctarum cum materia formarum incorporeas causas continere possit. Nam sine illis generationem existere nullo modo posse, planum est ac perspicuum. Cujus enim gratia sunt tot res illæ productæ? unde vero maris ac foeminæ discrimen? unde rerum in definitis formis existentium secundum genus

genus est orta distinctio; nisi quædam essent præcedentes, antegressæque rationes, ac causæ, quæ tanquam exemplaria prius consistenterent? ad quarum contuitum si hebetiori acie sumus, oculos adhuc animæ repurgemus. Hæc est autem recta ac legitima purgatio; ad seipsum converti, & animadvertere, quemadmodum anima & mens immerfa materiæ conjunctarum itidem cum materia formarum velut expressa quædam imago effigiesque sit. Etenim ne unum quidem e corporibus est, vel iis, quæ expertia corporis circa corpora versantur, aut considerantur, cujus imaginem incorporea quadam ratione mens capere non possit; quod nullo modo faceret, nisi cognatum illis quiddam haberet insitum. His de causis animam formarum esse locum docet Aristoteles; verum non actu id quidem, sed potestate. Ejusmodi igitur animam, quæque ad corpus sese convertat, potestate ista continere necesse est. Quod si solutus ab illa quisquam sit, neque commercii cum ea quicquam habeat; non potestate jam in illo, sed actu, rationes inesse omnes existimandum est. Sed hæc exemplo aliquo clarius explicemus, eoque adeo, quod & in Sophista Plato aliam ad rem adhibuit. Neque vero exemplum istud eo spectat, ut quod dictum est ratione aliqua demonstraretur. Non enim demonstratione capere id oportet, sed sola notione mentisque conceptu. Nam de primis principiis agitur, aut quæ primis affinia sunt: siquidem Deus a nobis censetur Attis, cujusmodi esse merito creditur. Quod autem est & quale illud exemplum? Docet alicubi Plato, eorum, qui in rerum imitatione versantur, si quis imitari sic velit, ut quæ adumbrantur imitatione, reipsa consistant; id esse perdifficile ac laboriosum, imo vero prope esse, ut obtineri nullo modo queat: facile vero & expeditum ac parabile imitationis illud esse genus, quo res ipsæ specie tenus exprimuntur. Cum igitur speculum in manus sumimus ac circumferimus, facile omnibus ex rebus collectis imaginibus singularum effigies ostendimus. Ab hoc

A διαφορά, εἰ μὴ τινες εἴεν προὔπαρχοντες, καὶ προεσῶτες λόγοι, αἰτία τε ἐν παραδείγματι ὁ λόγος προὔφρασα; πρὸς αὐτὸν εἶπερ ἀμβλώτιμον, ἔτι καθαιρώμεθα τὰ ὄμματα τῆς ψυχῆς. Κάθαρσις δὲ ὀρθή, στραφῆναι πρὸς ἑαυτὸν, καὶ κατανῶσαι πῶς μὲν ἡ ψυχὴ, καὶ ὁ ἐνυλῶν, ὡς περ ἐκμαγεῖόν τι τῶν ἐνύλων εἰδῶν, καὶ εἰκῶν ἐστίν. ἐν τῷτο γὰρ ἔδεν ἐστὶ τῶν σωμάτων, ἢ τῶν περὶ τὰ σώματα γινομένων τε, ἢ θεωρημένων B ἀσωμάτων, ἢ τὴν φαντασίαν ὁ νῦν ἔδωκα λαβεῖν ἀσωμάτως. ὅπερ οὐ ποτ' ἂν ἐποίησεν, εἰ μὴ τι ἑυγενὲς εἶχεν ἀλλοῖς φύσει. Ταῦτά τοι καὶ Ἀριστοτέλης τὴν ψυχὴν τόπον εἰδῶν ἔφη, πλὴν ἐκ ἐνεργείας, ἀλλὰ δυνάμει. Τὴν μὲν ἐν τοιαύτῃ ψυχῇ, καὶ τὴν ἐπετραμμένην πρὸς τὸ σῶμα, δυνάμει ταῦτα ἔχειν ἀναγκαῖον. εἰ δὲ τις ἀσχελὸς εἴη, καὶ ἀμιγῆς ταύτῃ, τὴν λόγος ἐκείνη δυνάμει, πάντας δὲ ὑπάρχειν ἐνεργεία νομισέον. Λάβωμεν δὲ ἀπὸ σαφέστερον διὰ τῶ παραδείγματι, ὃ καὶ Πλάτων ἐν τῷ Σοφιστῇ πρὸς ἕτερον μὲν λόγον ἐχρήσατο δ' ἐν ὅμοις. τὸ παράδειγμα δὲ ἐκ εἰς ἀποδείξω φέρω τὸν λόγον. καὶ γὰρ ἔδεν ἀποδείξαι χρὴ λαβεῖν ἀπὸ τοῦ, ἀλλ' ἐπιβολῇ μόνῃ. περὶ γὰρ τῶν πρώτων αἰτιῶν ἐστίν, ἢ τ' γε ὁμοσῶν τοῖς πρώτοις εἶπερ ἡμῖν ἐστίν ὡς περ ἐν ἄξιονομίζεον καὶ ὁ Ἄτλις θεός τί δὲ καὶ ποῖόν ἐστὶ τὸ παράδειγμα; D Φησὶ πρὸς Πλάτων, τὸ περὶ τὴν μίμησιν διαλεξιόντων, εἰ μὲν ἐθέλοι τις μιμεῖσθαι, ὡς τε καθυφραναί τὰ μιμητὰ, ἐργάδῃ τε εἶναι καὶ χαλεπὴν, καὶ νῆ διαγε τῶ ἀδυνάτῃ πλησίον βάλλειν εὐκολον δὲ, καὶ ῥαδίαν, καὶ σφόδρα δυνατὴν τὴν διὰ τῶ δοκεῖν τὰ ὄντα μιμημένην. ὅταν ἐν τῷ κατόπλῳ λαβόντες περιφέρωμεν ἐκ πάντων τῶ ὄντων ῥαδίως ἀπομαζάμενοι, δειννυμεν ἐκάστῃ τῶ τύπου. Ἐκ τῶ τῶ παραδείγματος ἐπὶ

τὸ εἰρημένον διαβιβάζωμεν τὸ ὁμοίωμα ἢ ἢ τὸ μὲν κάτοπτρον, ὃ λεγόμενος ὑπὸ Ἀριστοτέλους δυνάμη τὸ πρῶτον εἰδῶν. αὐτὰ δὲ χρῆ τὰ εἶδη πρότερον ὑφισταίμεθα πάντως ἐνεργείᾳ τῆς δυνάμει. τῆς τοίνυν ἐν ἡμῖν ψυχῆς ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δοκεῖ δυνάμη τῶν ὄντων ἐχέσθαι τὰ εἶδη πρῶτον ἐνεργείᾳ θεσόμεθα ταῦτα; πρότερον ἐν τοῖς ἐνύλοις; ἀλλ' ἔστι γε ταῦτα φανερώς τὰ τελευταία. Δείπειται δὲ λοιπὸν αὐτῶν αἰτίας ζητεῖν ἐνεργείᾳ προτεταγμένας τῶν ἐνύλων αἰσθητικῶν παρῶσαν, καὶ συμπροελθῶσαν ἡμῶν τὴν ψυχὴν, δέχεσθαι μὲν ἐκείθεν, ὡς περ ἐξ ὄντων τινῶν τὰ ἔσονται, τὰς τῶν εἰδῶν ἀναγκαῖον λόγους ἐνδιδόναι δὲ διὰ τῆς φύσεως τῆς τε ὕλης, καὶ τοῖς ἐνύλοις τελειοῖσι σώμασιν. Ὅτι μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐστὶ δὴμιουργός τῶν σωμάτων ἴσμεν, ὡς ὅλη τις ἔσται πάντος ἢ δὲ καθ' ἑκάστον, ἐνὸς ἐκάστου τῶν ἐν μέρει, πρόδηλόν ἐστι πρὸς καὶ σαφές. ἀλλ' ἡ φύσις ἐνεργείᾳ δίχα φαντασίας ἐν ἡμῖν ἢ δὲ ὑπὲρ ταύτης ψυχῆς καὶ τὴν φαντασίαν προσειληφέν. Εἰ τοίνυν ἡ φύσις καὶ ἂν ἐν ἑαυτῇ τὴν φαντασίαν, ἔχειν ὅμως ὁμολογεῖται τὴν αἰτίαν, ἀντὶ ὅτι πρὸς θεῶν ἔχει τῆτο αὐτὸ μᾶλλον ἔτι, καὶ πρεσβύτερον τῆς ψυχῆς δώσομεν ὅτι καὶ φανταστικῶς αὐτὸ γινώσκουμεν ἤδη, καὶ λόγῳ καταλαμβάνομεν; εἴτα τίς ἔτι ἐστὶ φιλόνομος, ὡς τῆς φύσεως μὲν ὑπάρχειν ὁμολογεῖν τὰς ἐνύλους λόγους, εἰ καὶ μὴ πάντας, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ δυνάμη γε πάντως τῆς ψυχῆς ὅ μὴ δεῖναι, τῆτο αὐτὸ; ἔστιν εἰ δυνάμη μὲν ἐν τῆ φύσει, καὶ ἐν ἐνεργείᾳ τὰ εἶδη δυνάμη δὲ ἔτι καὶ ἐν τῆ ψυχῆ καθαρώτερον, καὶ διακεκειμένως μᾶλλον ὡς τε δὴ καὶ καταλαμβάνεσθαι, καὶ γινώσκεσθαι, ἐνεργείᾳ δὲ ἔδαμῃ πρότερον ἀναρῆσομεν τῆς αἰτιγενεσίας τὰ πείσμαλα; πρῶτον δὲ ἐδράσομεν νοός ὑπὲρ τῆς αἰδιότητος κόσμου

γρ. αἰς
πρῶτος

A exemplo ad id, de quo agitur, similitudinem modo transferamus; uti speculi instar ille sit, qui ab Aristotele nominatur formarum locus. Sed eas ipsas formas omnino necesse est actu prius extare, quam potestate. Quare cum illa quæ inest nobis anima, rerum, ut Aristoteli placet, omnium formas potestate contineat, ubinam tandem actu primum illas collocandas putabimus? Utrum in iis, quæ cum materia concreta sunt? At hæc manifeste postrema sunt omnium. Restat igitur, ut expertes quasdam materiae causas inquiramus; quæ cum materiales alias antecedant, quibus cum existentem unaque prodeuntem animam nostram indidem, uti speculum expressas e rebus ipsis imagines, sic illam formarum rationes concipere necesse sit, indeque per naturam in materiam ipsam, & ex materia conflata corpora ista transfundere. Nam quod natura corporum fabricandorum sit artifex, satis intelligimus; ut & tota sit universi totius, & singulæ suæ cujusque partis; quod utique perspicuum est. Sed natura actu ipso constans phantasia caret in nobis; quæ autem ea superior est anima, phantasia prædita est. Quocirca si natura, quarum rerum phantasia nullam percipit, earum nihilominus causam continere censetur; quid tandem, per Deos immortales, obstare potest, quo minus id ipsum animæ potiori & antiquiori jure tribuatur; cum vel hoc quoque partim phantasia ipsa cognitum sit nobis, partim ratione comprehensum? Quis est autem adeo contentiosus & pervicax, ut cum in natura materiales inesse rationes existimet, etsi non omnes, aut simul actu complexas, at potestate nihilominus universas; istud ipsum nolit animo concedere? Si igitur potestate, non actu, formas natura continet; potestate vero etiam in anima sunt, sed liquidius, ac distinctius, ut comprehendi, & cognitione percipi possint; actu tamen non insint; undenam perpetuitatis in generatione putabimus rationes esse suspensas? aut quibus demum firmamenti ea stabiliemus, quæ de mundi æternitate dicuntur?

dicuntur? Nam circulare corpus ex materia
formaeque componitur. Necessè est au-
tem, licet a se invicem minime ista sepa-
rentur, cogitatione tamen prima illa exi-
stentia cum antiquiora esse, tum ita judi-
cari. Quoniam igitur materialium forma-
tum primaria quaedam causa ponitur mate-
riae penitus expers, opifici subjecta tertio;
qui non istarum modo nobis, sed & ejus,
quod apparet, quintique corporis procrea-
tor est ac dominus; sic Attin ab eodem se-
jungimus, ut effectricem illam causam ad
materiam sese usque demittentem, ac ge-
nitalem Deum, Attin esse, sive Gallum, ar-
bitremur. At hunc ipsum fabula refert ad
Galli fluminis alveum expositum ad ætatis
florem pervenisse: deinde cum formosus &
grandis appareret, Deum in se Matris amo-
rem provocasse. Quæ cum alia ipsi per-
misit omnia; tum stellatum ejus capiti pi-
leum imposuit. Verum quoniam Attidis
verticem tegit hoc quod conspiciamus cæ-
lum; vide num Gallum fluvium de lacteo
circulo interpretari liceat? Ibi enim pati-
bile corpus cum quinto corpore, quod
in orbem circumactum pati nihil potest,
commiseri dicitur. Hucusque Deorum
mater formoso illi, & solarium radiorum
simili, intelligibilique Deo Attidi saltare
ac tripudiare permisit. Sed cum progres-
sus idem ad extrema pervenisset; ad spe-
luncam ipsum adiisse narrat fabula, & cum
Nympha esse congressum; quod quidem
materiam concretionem significat. Ta-
met si non jam materiam designat ipsam; sed
causam ultimam corporis expertem, quæ
materiae præfidet. Sane

— *humentes animas occumbere
letbo,*

Heraclitus quoque scripsit. Hunc ergo Gal-
lum intelligibilem Deum esse credimus;
qui materiales ac subjectas Lunæ formas
continet; quique cum ea causa, quæ mate-
riae præest, congregitur: congregitur autem
non ut alius cum alia, sed tanquam in hoc

A λόγος; Τὸ γὰρ τοι κυκλικὸν σῶμα ἐξ
ὑποκειμένων, καὶ εἶδος ἐστὶ. Ἀνάγκη δὲ ἐν
εἰ καὶ μὴ ποτε ἐνεργεῖα ταῦτα δίχα
ἀλλήλων· ἀλλὰ ταῖς γε ἐπινοίαις ἐ-
κείνα πρῶτα ὑπάρχοντα εἶναι τε, καὶ νο-
μίζεσθαι πρεσβύτερα. Οὐκ ἔν ἐπειδὴ
δέδοται τις καὶ τὸ ἐνύλων εἰδῶν αἰτία
προηγμένη παντελῶς ἄυλος ὑπὸ τῷ
τέττον δημιουργόν· ὅς ἡμῖν ἐ τῶν μό-
νον ἐστὶ, ἀλλὰ καὶ τῷ Φαινομένῳ, καὶ πέμ-
πλις σώματος πατήρ, καὶ δεσπότης ἀπο-
B διελόντες ἐκείνῳ τῷ Ἀττιν, τὴν ἄχρι τῆς
ὑλης καταβαίνουσαν αἰτίαν· καὶ θεὸν γό-
νιμον Ἀττιν εἶναι, καὶ Γάλλον πεπισεύ-
ναμεν. ὃν δὲ φησὶν ὁ μῦθος ἀνθῆσαι μὲν
ἐκλεθέντα παρὰ Γάλλῳ πόλα μὲ ταῖς δι-
ναις· εἶτα καλὸν Φανέντα, καὶ μέγαν, ἀ-
γαπηθῆναι παρὰ τῷ Μητρὸς τῶν θεῶν.
τὴν δὲ τὰ τε ἄλλα πάντα ἐπιτρέψαι
αὐτῷ, καὶ τὸ ἀσερῶν ἐπιθεῖναι πῖλον.
Ἄλλ' εἰ τὴν κορυφὴν σιέπη τῷ Ἀττιδος
ὁ Φαινόμενος ἔρανος ἔτοσι τῷ Γάλλον
C πόλα μὲν ἄρα μὴ ποτε χερὶ τῷ γαλαξί-
αν μαλτεύεσθαι κύκλον; ἐνλαῦθα γὰρ
φασὶ μίγνυσθαι τὸ παθῆλὸν σῶμα πρὸς
τὴν ἀπαθῆ τῷ πέμπλις κυκλοφορίαν.
ἄχρι τοι τῶν ἐπέτρεψεν ἡ Μητῆρ τῷ
θεῶν σκιρῶν τε καὶ χορεύειν τῷ καλῷ
τέττω· καὶ ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτίσιν ἐμφε-
ρεῖ τῷ νοερῷ θεῷ τῷ Ἀττιδι. ὁ δὲ ἐπειδὴ
προῖων ἦλθεν ἄχρι τῷ ἐσχάτων, ὁ μῦ-
θος αὐτὸν εἰς τὸ ἀνθῆν καταλεθεῖν ἔφη,
καὶ συγγενέσθαι τῷ νύμφῃ, τὸ δῖυλον
αἰνιτλούμεν τῷ ὑλης· καὶ εἰς τὴν ὑλην
D αὐτὴν νῦν ἔφη τὴν τελευταίαν δὲ αἰτί-
αν ἀσώματον, ἡ τῷ ὑλης προέσηκε. λέ-
γεται τοι καὶ πρὸς Ἡρακλείτη

— *ψυχῆσιν θάνατον ὑγρῆσι
γενέσθαι.*

τέττον ἐν τῷ Γάλλον τὸν νοερὸν θεόν, τὸν
τῶν ἐνύλων, καὶ ὑπὸ σελήνην εἰδῶν συνο-
χέα, τῷ προτεταγμένη τῆς ὑλης αἰτία
συνιόντα· συνιόντα δὲ ἔχῃ ὡς ἄλλον ἄλ-
λη· ἀλλ' οἷον αὐτὸ εἰς τέτο ὑποφερό-
μενον.

μενον. Τίς ἔν ἡ Μήτηρ τῶν Θεῶν; ἡ τῶν
 κυβερνῶντων τῶν μὲν φανεῖς νοεῶν καὶ
 δημιουργικῶν Θεῶν πηγὴ, ἡ καὶ τεκῆσα
 καὶ συνοικῆσα τῷ μεγάλῳ Διὶ, Θεὸς
 ὑποσῶσα μεγάλη μετὰ τὸ μέγαν, καὶ
 σὺν τῷ μεγάλῳ δημιουργῷ ἡ πάσης
 μὲν κυρία ζωῆς πάσης δὲ γενέσεως
 αἰτία: ἡ ῥῆσα μὲν ἐπιτελῆσα τὰ ποιῶ-
 μενα: γενῶσα ὅτι δίχα πάθεις, καὶ δη-
 μιουργῆσα τὰ ὄντα μετὰ τῷ πατρὶ αὐ-
 τῆ καὶ παρθένος ἀμήτωρ, καὶ Διὸς σύν-
 θωκος, καὶ μήτηρ Θεῶν ὄντως ἕσα πάν-
 των. τῶν γὰρ νοητῶν ὑπερκοσμίων Θεῶν
 δεξαμένη πάντων αἰτίας ἐν ἑαυτῇ, πηγὴ
 τοῖς νοεοῖς ἐγένετο. Ταύτην δὲ τὴν θεὸν
 ἕσαν, καὶ Πρόνοιαν ἔρωσ μὲν ὑπῆλθεν
 ἀπαθῆς Ἀτλίδος. ἐθέλῃσα γὰρ αὐτῇ
 καὶ κατὰ γνώμην ἐστὶ, ὅτι τὰ ἔνυλα μό-
 νον ἤδη, πολὺ δὲ πλεον τὰ τέτων αἰ-
 τια. τὴν δὲ τὰ γινόμενα, καὶ φθειρόμενα
 σώζῃσαν προμήθειαν, ἔρωσ ὁ μῦθος ἔ-
 φη τῆς δημιουργικῆς τέτων αἰτίας, καὶ
 γονίμης καὶ κελεύειν μὲν αὐτὴν ἐν τῷ
 νοητῷ τίλειν μᾶλλον, καὶ βέλεσθαι γε
 πρὸς ἑαυτὴν ἐπεσφῆσθαι, καὶ συνοικεῖν
 ἐπίταγμα δὲ ποιῆσθαι μηδενὶ τῷ ἄλ-
 λων ἅμα μὲν τὸ ἐνοειδὲς σωτήριοι δια-
 κισαν ἅμα δὲ φεύγῃσαν τὸ πρὸς τὴν
 ὕλην νεῦσαν. πρὸς ἑαυτὴν τε βλέπειν
 ἐκέλευσεν, ἕσαν τε πηγὴν μὲν τῷ δημι-
 οργικῶν Θεῶν ὅτι καθελομένην δὲ εἰς
 τὴν γένεσιν, ὅτι θελγομένην ἕτω γὰρ
 ἔμελλεν ὁ μέγας Ἀτλὶς, καὶ κρεῖττον εἶναι
 δημιουργός: ἐπεὶ περὲν πᾶσιν ἡ πρὸς τὸ
 κρεῖττον ἐπιστροφὴ μᾶλλον ἐστὶ θεοειδής,
 ὅτι τῆς πρὸς τὸ χεῖρον νεύσεως. Ἐπεὶ
 καὶ τὸ πέμπτον σῶμα τέτω δημιουργι-
 κώτερον ἐστὶ τῷ τῆδε, καὶ θειότερον, τῷ
 μᾶλλον ἐσφῆσθαι πρὸς τὴν Θεῶν: ἐπεὶ
 ἔτε τὸ σῶμα, καὶν αἰθέρος ἢ τῷ καθα-
 ρωτάτῃ καὶ ψυχῆς ἀχεράντῃ, καὶ καθαράς
 ὅποιαν τὴν Ἡρακλέους ὁ δημιουργός ἐξέ-
 πεμψεν ἕφεις ἀνείπειν κρεῖττον τολμή-
 σαι. τότε μὲν τοῖς ἦν τε καὶ ἐδόκει μᾶλλον

Reg. ἐπεὶ
 τῷ τῷ

A ipse delapsus. Quanam igitur Deorum
 illa mater est? Nimirum intelligentium
 & opificum Deorum, a quibus appa-
 rentes illi gubernantur, veluti fons qui-
 dam, vel certe parens, eademque magni
 Jovis conjux: Dea subsistens magna post
 magnum, & cum magno conditore: vitæ
 arbitra omnis ac domina: omnis causa ge-
 nerationis: quæ & opera sua facillime mo-
 litur, & quæ sunt universa cum patre sine
 passione gignit & producit. Eadem ipsa
 quoque virgo est matris expertis, & Jovi ad-
 fidens, ac Deorum revera parens omnium.
 B Nam cum intelligibilium mundoque supe-
 riorum in sese causas Deorum exceperit,
 fons est intelligentibus facta. Hanc itaque
 Deam, quæ & Providentia dicitur, castus
 quidem citra passionem Attidis amor in-
 vasit. Etenim non materiales tantummodo
 formas; sed & multo magis earum causas
 ultro ac voluntate sua complectitur. Sed
 illam, uti dixi, quæ oriuntur, aut occidunt,
 conservantem cuncta providentiam refert
 fabula, effectricis illorum causæ ac genita-
 C lis amore fuisse captam. Cui quidem jus-
 sisse fertur, ut in intelligibili potius rerum
 genere pareret; atque ad sese converti, ac
 secum illam versari voluisse, imo vero præ-
 cepisse, ne cum alio quoquam habitaret.
 Quod ideo faciebat, primum ut salutarem
 illam unitatem retineret: tum ut propensio-
 nem ad materiam inclinationemque vita-
 ret. Itaque in sese illam intueri iussit; quæ
 & opificum Deorum fons esset, & ad ge-
 nerationem demitti infringique sese nequa-
 quam sineret. Ita quippe magnus Attis
 D longe erat præstantiore modo procreator
 & opifex futurus: quandoquidem ad effi-
 endum omnibus in rebus aptior est con-
 versio ad id quod melius est, quam ad de-
 terius propensio. Nam & quintum corpus
 eo quam inferiora ista efficacius ac divinius
 est, quo ad Deos magis convertitur. Ne-
 que enim corpus, quamvis purissimo ex
 æthere conflatum sit, sincera illibataque a-
 nima (cujusmodi Herculis animam opifex
 indidit) præstantius affirmare aliquis aude-
 at. Veruntamen tum erat & esse videbatur
 efficacior,

efficacior, cum ipsam in corpus illa demisit. Nam & ipsi nunc Herculi, postquam totum ad patrem totus abscellit, facilius est istiusmodi cura rerum, quam tunc fuit, cum carne præditus homines inter educabatur. Usque adeo præstantior est in omnibus ad efficiendum aliquid, ad id quod melius est transgressio, quam ad deterius conversio. Quod ut fabula significaret, Matrem Deorum Attidi mandasse refert, uti sese coleret, neque vel quoquam discederet, vel alterius amore caperetur. At is ad extremam silvam usque descendens progressus est. Quare cum infinitati modus esset adhibendus, Corybas, ecce, magnus ille Sol, Deorum Matris assessor, qui universa cum illa procreavit, & eadem communi providentia regit ac temperat, neque quicquam sine illa molitur, leoni persuasit, uti rem indicio suo proderet. Ecquis est iste porro leo? fulvum utique fuisse illum accepimus. Nihil est aliud igitur quam principium, quod calori & ignito fervori præsidet; quod cum Nympha illa pugnaturum erat, neque consuetudinem ejus cum Attide sine æmulatione passurum. Quænam vero Nympha ista fuerit, jam diximus. Rerum igitur omnium procreatrici providentiæ principium illud operam commodasse fertur; Matri videlicet Deorum; ac deprehensione indicioque suo adolescenti castrationis causam præbuisse. Est autem castratio quædam infinitatis moderatio. Etenim generatio ab illa rerum conditrice providentia cohibita, certo ac definito formarum numero sese continuit, non absque illa, quæ dicitur, Attidis insania: quæ cum modum excederet ac prætergrederetur omnem, eo debilitata maxime est, neque sui compos amplius esse potuit. Quod quidem circa ultimum Deorum principium contigisse rationi consentaneum est. Aspice quintum illud corpus, mutationi nulli ac vicissitudini prorsus obnoxium, (in illis Lunæ collustrationibus) ubi mundus iste, deinceps continuo natens & occidens, quinto illi corpori vicinus est. In istiusmodi sane Lunæ collustrationibus non-

A δραστήριος, ὅτε αὐτὴν ἔδωκεν ἐκείνη σώματι· ἐπεὶ καὶ αὐτῆς νῦν Ἡρακλεῖ ὄλω πρὸς ὄλον κεχωρηκότι τὴν πατέρα, ῥάων ἢ τῶν ἐπιμέλεια καθέστηκεν, ἢ πρότερον ἦν, ὅτε ἐν τοῖς ἀνθρώποις σαρκία φορῶν ἐτρέφετο. Οὕτως ἦν πᾶσι δραστήριος μᾶλλον ἢ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀποσασίς τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον εὐφροσύνης. "Ὁ δὲ βεβλόμενος ὁ μῦθος διδάξαι, παραίνεσαι φησὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν τῶν Ἀττιδῶν, θεραπεύειν αὐτὴν, καὶ μὴτε ἀποχωρεῖν, μὴτε ἐρεῖν ἄλλης. ὁ δὲ προῆλθεν ἄχρι τῆς ἐσχάτης τῆς ὕλης καλεσθῶν. ἐπεὶ δὲ ἐχερὴν παύσασθαι πόσε, καὶ σῆσαι τὴν ἀπειρίαν, Κορύβας μὲν ὁ μέγας Ἥλιος, ὁ σώθρον τῆς μητρὸς, καὶ συνδημιουργῶν αὐτῆς τὰ πάντα, καὶ συμπρομηθεύμενος, καὶ ἐδὲν πράττων αὐτῆς δίχα, πείθει τὴν λέοντα μηνυτὴν γενέσθαι. Τίς δὲ ὁ λέων; αἰθωνα δὴ πρὸς τὸν ἀκόσμον αὐτὸν. αἰτίαν τοίνυν τὴν προεῶσαν τῆς θερμῆς καὶ πυρώδους ἢ πολεμήσειν ἔμελλε τῆς νύμφῃ, καὶ ζηλολυπήσειν αὐτὴν τῆς πρὸς τὸν Ἀττιν κοινωσίας· εἰρηλατῶν ἡμῖν τίς ἡ νύμφη τῆς δημιουργικῆς προμηθείας τῶν ὄντων ὑπὲρ γῆσά φησι, δηλαδὴ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. εἶτα Φωράσαντα, καὶ μηνυτὴν γενόμενον αἰτίον γενέσθαι τῶν νεανίσκων τὴν ἐκλογὴν. ἢ δὲ ἐκλογὴ, τίς ἐποχὴ τῆς ἀπειρίας ἔση γὰρ δὴ τὰ τῆς γενέσεως ἐν ὠρισμένοις τοῖς εἶδεσι, ὑπὸ τῆς δημιουργικῆς ἐπισχεθέντα προμηθείας, ἢ ἀνευ τῆς Ἐττιδῶν λεγομένης παραφροσύνης, ἢ τὸ μέτριον ἐξισταμένη καὶ ὑπερβαίνουσα καὶ διὰ τῆς ὥσπερ ἐξαδενῆσα, καὶ ἐκέθ' αὐτῆς εἶναι δυναμένη ὁ δὲ περὶ τὴν τελευταίαν ὑποσῆσαι τῶν θεῶν αἰτίαν ἢ ἄλογον. Σκόπη δὲ ἀναλλοίωτον κατὰ πᾶσαν ἀλλοίωσιν τὸ πέμπτον θεώμενος σῶμα περὶ τῆς Φωτισμῆς τῆς Σελήνης, ἵνα λοιπὸν ὁ συνεχῶς γιγνώμενός τε, καὶ ἀπολλύμενος κόσμος γεννηθῆται τῶν πέμπτων σώματι. περὶ τῆς Φωτισμῆς αὐτῆς

Ovid. fast. 4, 226.

αὐτῆς ἀλλοίωσίν τινα, καὶ πάθη συμπί-
 πλοντα θεωρῶμεν. Οὐκ ἄτοπον ἔν(εί)
 καὶ τὸ Ἄτιν τῆτον ἡμίθεόν τινα εἶναι.
 βέλειαι γὰρ δὴ καὶ ὁ μῦθος τῆτο μάλ-
 λον ὃ θεὸν μὲν τῶ παντί. πρόεισί τε γὰρ
 ἐκ τῆ τρίτης δημιουργῶ, καὶ ἐπανάγειαι
 πάλιν ἐπὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν μετὰ
 τὴν ἐκτομήν. ἐπεὶ δὲ ὅλως ῥέπειν πέ-
 πεικε, νεύειν εἰς τὴν ὕλην δοκεῖ. Θεῶν
 μὲν ἔσχατον, ἔξάρχον δὲ τὸ θεῶν γε-
 νῶν ἀπάντων, ἐκ αὐτῶν ἀμάρτοι τις αὐτὸν
 ὑπολαβάν. ἡμίθεον δὲ διὰ τῆτο ὁ μῦ-
 θός φησι, τὴν πρὸς τὰς ἀτρέπτες αὐτῶ
 θεῶν ἐνδεικνύμενος διαφοράν. δορυφο-
 ρῶσι γὰρ αὐτὸν παρὰ τῆς μητρὸς δοθέν-
 τες οἱ Κορύβαντες, αἱ τρεῖς ἀρχικαὶ τῶν
 μετὰ θεῶν κρειδόνων γενῶν ὑποστά-
 σεις. Ἀρχὴ δὲ καὶ τῶν λεόντων, οἱ τὴν ἐν-
 θερμον ἐστίαν καὶ πυρώδη κατανειμάμε-
 νοι μετὰ τῶ σφῶν ἐξάρχου λέοντος, αἰ-
 τιοὶ τῶ πυρὶ μὲν πρώτως· διὰ δὲ τὸ ἐν-
 θερμὸν θερμοτήτος, ἐνεργείας τε κινή-
 κῆς, αἰτίοι καὶ τοῖς ἄλλοις εἰς τὴ σὴληρίας
 περικεῖλαι δὲ τὸ ἔρανον ἀντὶ τιάρας, ἐκεί-
 θεν ὡσπερ ἐπὶ γῆν ὀρμώμενος. Οὗτος
 ὁ μέγας ἡμῖν θεὸς Ἄτις ἐστὶ. αὐτὰς τῶ
 βασιλέως Ἄτιδος αἱ φησὶν ἐπινοεῖται τῶ
 φυγαί, καὶ κρύψεις, καὶ ἀφανισμοί, καὶ
 αἱ δύσεις αἱ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον. Τεκμήρια
 δὲ ἔσω μοι τῆτος, ὁ χρόνος ἐν ᾧ γίνεται.
 τέμνεσθαι γὰρ φασὶ τὸ ἱερὸν δένδρον
 κατὰ τὴν ἡμέραν, ὃ ἡλῖος ἐπὶ τὸ ἀκρον τῶ
 ἰσημερινῆς ἀψίδος ἔρχεται· εἰδὲ ἐξῆς
 περιστάλισμός παραλαμβάνεται τῆ
 τρίτη ὃ τέμνεται τὸ ἱερὸν, καὶ ἀπόρρητον
 θέρος τῶ θεῶ Γάλλων· ἐπεὶ τῆτοις Ἰλά-
 ριά φασὶ καὶ ἑορταί. Ὅτι μὲν ἔν τῶ
 ἐστὶ τῆς ἀπειρίας ἢ φρυλλομένη παρὰ
 τοῖς πολλοῖς ἐκτομή, πρὸς δὴλον ἔξ ὧν
 ἡνίκα ὁ μέγας ἡλῖος τῶ ἰσημερινῶ φαύ-
 σασ κύκλῳ· ἵνα τὸ μάλισα ὠρισμένον
 ἐστὶ τὸ μὲν γῆσον, ὠρισμένον ἐστὶ τὸ δὲ
 ἀνισον, ἀπειρόν τε, καὶ ἀδιεξίτητον κατὰ
 τὸ λόγον αὐτῆκα τὸ δένδρον τέμνεται εἰδὲ

voss. ἡνί-
 κα ἐξ ὧν

A nihil cernimus mutationis & passionis inci-
 dere. Quare non absurde Semideum ali-
 quem Attin illum esse statuemus, (hoc e-
 nim velle sibi fabula videtur) vel potius
 Deum omnino quempiam. Nam a tertio
 conditore progreditur, & ad Matrem Deo-
 rum post excisionem denuo revocatur. Ve-
 rum quoniam vergere prorsus sese ille per-
 suadet, in materiam propensior esse vide-
 tur. Unde qui Deorum novissimum, ac
 divinorum omnium generum principem
 illum arbitretur, is a veritate nequaquam
 abhorreat. Hunc enim Semideum iccirco
 fabula nominavit, ut ejus ab immutabili-
 bus Diis discrimen exprimeret. Porro cu-
 stodes illi ac satellites a Matre sunt dati Co-
 rybantes, quæ sunt tria præstantiorum se-
 cundum Deos generum subsistentia princi-
 pia. Atque idem ille principatum in leones
 obtinet: qui calidiorem naturam & igne-
 am fortiti, cum duce suo leone, ignem
 quidem inprimis ipsum, tum per ejus ca-
 lorem & actionem ad movendum effica-
 cem, reliqua corpora conservant. Ad hæc
 C coelum tiaræ ipsum instar ambit, qui illinc
 quasi tendit ad terram. Ejusmodi ma-
 gnus ille nobis Deus est Attis. Hæ sunt
 regis Attidis comploratu ac lamentis inte-
 rim celebratæ fugæ, secessiones, subtractio-
 nes e medio, & in spelunca latebræ. Quod
 vel tempus ipsum satis indicat, quo illa o-
 mnia geruntur. Etenim sacram arborem
 succidi illo ipso die ferunt, quo Sol supre-
 mam æquinoctiorum apsidem attingit: alte-
 ro die tubarum clangore perstrepunt: ter-
 tio, sacra & arcana Dei Galli messis puta-
 tur. Secundum hæc, ut ajuat, Hilaria festi-
 que dies succedunt. Quod igitur excisio
 illa multorum pervagata sermonibus, nihil
 sit aliud, quam moderatio quædam am-
 plitudinis infinitæ, vel ex eo patet, quod
 per idem tempus, quo Sol æquinoctialem
 D circulum adeptus est, (ubi maxime cur-
 sus illius circumscribitur; quod enim est æ-
 quale, definitum est; inæquale autem
 omne, infinitum est, neque permeari po-
 test) tum, inquam, uti narrant, arbor illa
 succiditur: & deinceps cætera consequuntur,
 quorum

quorum nonnulla mysticis & arcanis legibus devincta sunt, alia in omnes evulgari possunt. Ac quod ad illam arboris excisionem spectat, ea vero ad historiam Galli pertinet; nihil autem ad illa mysteria facit, ad quae solet adhiberi. His enim signis tacite Dii nos, ut opinor, admonent, oportere id e terra, quod est pulcherrimum, decerpentes, cum religione virtutem ad Deam perferre, & hoc ipsum probe ac cum laude transactae vitae indicium ostendere. Etenim arbor cum e terra pullulet, sursum tamen velut in aethera confurgit, estque visu ipso formosa, tum aestivos calores opacitate sua temperat, nec non fructus ex sese gignit, & ad utilitates hominum largitur. Tantum illi fecunditatis suppetit. Quamobrem ad hoc lex illa nos hortatur, qui natura caelestes, sed in terram depositi sumus; ut virtutem cum pietate ex ea, quam in terris degimus, vita colligentes, ad primigeniam illam Deam autoremque vitae properemus. Sane classicum illud, quo signum Attidi post excisionem recipiendi sui datur, idem praebet & nobis ipsis, quicumque caelitus in terras allapsi decidimus. Secundum hoc signum Rex Attis infinitam evagationem excisione sua coerces: & nos perinde a Diis admonemur, nostram in nobis immoderationem infinitatemque comprimere, & ad id, quod definitum, & uniforme sit, ac, si fieri potest, unum ipsum, recurrere. Quod ubi perfectum erit, statim Hilaria consequentur. Quid enim laetius, quid hilarius est anima illa, quae cum infinitatem, ac generationem, ejusque tempestatem omnem evitare potuit; tum ad Deos ipsos sese provexit? Quorum e numero cum esset Attis, ne eum quidem Deorum mater neglexit, cum paulo ultra quam oporteret progredi coepisset: sed immoderationem istam cohibere jubens, illum ad sese convertit.

Ac ne quis forte sic a me dici illa suspicetur, quasi ita gesta sint, aut revera exti-

A *ἔξῃς γίνεσθαι τὰ λοιπὰ· τὰ μὲν διὰ τὰς μουσικὰς ἢ κρυφίως θεσμούς· τὰ δὲ καὶ ῥηθῆναι πᾶσι δυναμένους. Ἡ δὲ ἐκτομή τῶ δένδρου, τὸ ὅτι τῇ μὲν ἰσορίᾳ προσήκει τῇ περὶ τὸ Γάλλον· ἔδεν δὲ τοῖς μυστηρίοις, οἷς παραλαμβάνεται. διδασκόντων ἡμᾶς οἶμαι τὸ θεῶν συμβολικῶς, ὅτι χρὴ τὸ κάλλιστον ἐκ γῆς δεψαμένους, ἀρετὴν μετὰ εὐσεβείας ἀπενεγκῆν τῇ θεῷ, σύμβολον τὸ ἐνλαῦθα χρηστῆς πολιτείας ἐστόμενον. Τὸ γὰρ*
 B *τοὶ δένδρον ἐκ γῆς μὲν φύεται· σπεύδει δὲ ὡς περ εἰς τὸ αἰθέρα, καὶ ἰδεῖν τέ εἰσι, καὶ ὀφθῆναι καλόν· καὶ σκιὰν παρασχέειν ἐν πνίγι· ἤδη δὲ καὶ καρπὸν ἐξ ἑαυτοῦ προβάλλειν, καὶ χαρίσασθαι· ἔτι τὸ αὐτῷ πολὺ τί γε τῶ γόνιμου περιέειν. Ἡμῖν ἔν ὃ θεσμός παρακελεύεται τοῖς φύσει μὲν ἔρανίοις, εἰς γῆν ὅτι ἐνεχθεῖσιν, ἀρετὴν μετὰ εὐσεβείας ἀπὸ τῆ ἐν τῇ γῆ πολιτείας ἀμησαμένους, παρὰ τὴν προγονικὴν καὶ ζωογόνον σπεύδειν θεόν. Εὐ-*
 C *θύς ἔν ἡ σάλπιγγι μετὰ τὴν ἐκτομὴν ἐκδίδωσι τὸ ἀνακλητικὸν τῷ Ἀττιδί, καὶ τοῖς ὅσοι πολὲ ἔρανόθεν ἐπλήμεν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐπέσομεν. Μετὰ δὲ τὸ σύμβολον τῶτο, ὅτε ὁ βασιλεὺς Ἀττις ἴσησι τὴν ἀπειρίαν διὰ τῆς ἐκτομῆς· ἡμῖν τε οἱ θεοὶ κελεύσω ἐκλέμεναι καὶ ἀλλοῖς τὴν ἐν ἡμῖν ἀλλοῖς ἀπειρίαν καὶ μιμεῖσθαι τῶς ἡμῶν ἐπὶ τὸ ὄρισμένον, καὶ ἐνοεῖδες, καὶ εἶπερ οἷόν τε εἶναι, ἀλλὸ τὸ ἐν, ἀναλρέχην. ἔπερ γενομένης πάντως ἐπεσθῆναι χρὴ τὰ*
 D *Ἰλάρια. Τί ψεύθυμότερον; τί δὲ ἰλαρώτερον γένοιτο ἂν ψυχῆς ἀπειρίαν μὲν, καὶ γένεσιν, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κλύδωνα διαφυγῆσης· ἐπὶ ὅτι τῶς θεῶς αὐτῆς ἀναχθείσης; ὡς ἕνα καὶ τὸ Ἀττιν ὄντα περιεῖδεν ἔδαμῶς ἢ τῶν θεῶν μήτηρ, βαδίζοντα πρὸσω πλέον ἢ χεῖρ πρὸς ἑαυτὴν δὲ ἐπέσρεψε, εἴησιν τὴν ἀπειρίαν προσάξασα.*

Καὶ μή τις ὑπολάβοι με λέγειν, ὡς ταῦτα ἐπράχθη ποτὲ, καὶ γέγονεν·
 Y ὡς περ

Reg. 5
Voss. 74
ἡμῶν

